



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

83 Matrimonio per vim, & metum celebrato, an solemnitates sint
iterandae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

& ibi Inol. numer. 3. & Abb. numer. 4. & 5. de spons. cap. five, & ibi Archid. 33. quest. 2.

82 Sed tamen puella † sequestrari non potest ad instantiam illius, qui illam præten- dit ex priori contractu, nisi per verba de præ- senti cum primo contraxisset, & ita procedit, c. tenor. juncta gloss. in ver. sub- arrhasset, & in ver. accedat, ibi Abb. n. 9. de sent. & re jud.

Dato vi. & metu dubitatur, an solem- nitates † aliàs ritè factæ sint iterandæ, & si impedimentum ex vi. & metu proveniens fuerit occultum, non requiruntur novæ solemnitates, si autem impedimentum vis, & metus fuerit manifestum, matrimonium cum raptore de novo est contrahendum, servata forma concil. Trident. ut in cap. 1. de reform. matrim. sess. 24. & ibidem sac. congreg. in §. si impedimentum, ubi inquit, si impedimentum ex vi, & metu præsup- posito occultum sit, non est opus iterum contrahere repetitis solemnitatibus aliàs ritè juxta formam hujus decreti adhibitis in primo contractu.

Si autem hujusmodi impedimentum fuerit manifestum, matrimonium de novo contrahendum est, servata forma concil. in hoc decreto tradita, juxta responsionem congregationis aliàs datam in casu ma- trimoni contracti inter consanguineos, ac etiam secundum declarationem Pij V. de qua testatur Navarr. in Man. cap. 22 nu. 70. his verbis, sed quod valde notandum est, Pius Quintus declaravit, non esse illos necessarios in contrahendo de novo matrimonio ab ijs, qui illud publicè cum denunciationibus sufficientibus contraxe- runt, sed propter aliquod impedimentum occultum est nullum, quo sublato oportet,

ut denuo contrahatur, qua declara- tione sacrum poenitentiarie prætorium frequenter utitur, verum, quia dubitari potest, quid importent illa verba in dispen- sationibus matrimonialibus apponi solita, dummodo propter hoc mulier rapta non fuerit; illius clausulæ vigore Ordina- rius poterit raptori denegare executionem obtentæ dispensationis, donec raptor de- center judicis arbitrio re ipsa raptam dota- verit, ut cap. 6. de reform. matr. sess. 24. & ibid. congreg. concil. in decij. §. an Ordina- rius.

85 Octavo, † ordines sacri, ut Subdiacona- tus, Diaconatus, & Presbyteratus, qui di- cuntur ordines majores, impediunt matri- monium contrahendum, & dirimunt con- tractum, cap. Presbyteris, 27. dist. cap. à mul- tis. de stat. & qualitat. cap. miramur, de ser- vis. non ordin. cap. 1. & ibi Abb. num. 2. de Cler. conjug. cap. 1. & 2. qui cleric. vel nov. minores verò ordines, qui sunt Ostiaria- tus, Lectoratus, Exorcistatus, & Acolythatus, non impediunt matrimonium, quod semper est permissum, nisi prohibitum re- periat, cap. inter corporalia post med. ver. unde si circa de translac. Episc. & cap. cum apud, de spons. & matr.

Ampliatur etiam impedimentum sacri ordinis, † in Ecclesia orientali, in qua licet Græci, etiam qui in minoribus ordinibus constituti matrimonium con- traxerunt, possint uti conjugio contra- cto ante sacri ordinis susceptionem, & post matrimonium contractum sacros ordines suscipere valeant, tamen post illorum susceptionem matrimonium con- trahere non valent, cap. de Siracusana S. ecce hac. 28. distinct. gloss. in cap. aliter, in verb. copulatur. 31. distinct. cap. cum olim de

Q9 2 cler.